Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

delectationem carnis. quecumque car
nem cum qualibet delectatione nu-
trire uidetur fugiendum arbi
trabantur. Quasi per aliam uiam redu
ci se putabant. in regionem suam.
cum per dulcedinem amoris interioris
amara eque ac dulcia delec-
tabiliter edendo delectabilius ui
uere se uiderent in heremo. quam prius
uixissent in seculo. Cumque ibi sus-
pectam aliquatenus haberent spiritu-
alis patris cottidianam correpti-
onem. qui eorum carni plus quam spiritui
deferentem. aliquando ad iudicium
episcopi. qui tunc forte aderat res dela-
ta est. Super quo uir ille potentis in
uerbo sermonem ad eos in capitulo
ad eum finem perduxit. ut omnem
hominem quicumque dona dei recusa-
uerit preter gratiam dei. inimicum esse
gratie dei. et spiritui sancto resistere pronun-
tiauit. Adhuc siquidem de hystori-
a de helyseo propheta et filiis propheta
rum cum eo in desertis locis uitam
heremiticam ducentibus quoniam cum
aliquando ad horam refectionis uen-
tum esset. amaritudo quedam mor-
tis in olla decoctionis eorum inuen-
ta. per uirtutem dei et ministerium prophete
per infusionem farinule dulcora-
ta est. olla inquit illa prophetica ol-
la uita est. nil in se. non amaritudi-
nem habens. farina uero amaritu-
dinem in dulcedinem conuertens. gratia
dei operans est in uobis. Sumite
ergo securi et cum gratiarum actione. quod
cum naturaliter minus aptum fuerit
usibus humanis. adhuc per gratiam
dei uestris est usibus aptatum ut uta-
mini et comedatis. In quo si ino-
bedientes et increduli permane-
tis. resistitis spiritui sancto. et gratie eius
ingrati estis. Hec ergo fuit tem-
pore illo sub abbate bernhardo
et magisterio eius. in clarissima et ca-
rissima ualle illa spiritualium sco-
la studiorum. hic feruor regularis
discipline. omnia eo faciente et
ordinante. et tabernaculum deo in
terris edificante secundum exemp-
lar quod ei in monte ostensum est.
cum in solitudine cystertiensi cum
deo in nube habitaret. Et utinam
post rudimenta prime eius conuersatio-